

fu postea stermittatur propter timorẽ cruciationis carnis, vel interemptionis, aut cupiditatem, mortale incurritur, & est sententia Aug. li. de ciui. Del. cap. 6. originaliter. Est enim hæc correctio adus charitatis pertinet ad unũ quẽq; respectu cuiuslibet personæ, ad quam charitatem tenetur habere, si neco aliquid corrigibile inueniatur. Loquitur ad idem Aug. in c. Duo 23. q. 4. Dum autem impugnetur iniurians, aut corrigitur, passus iniuriam liberatur. Ex amore virtutis idem breuiter deducitur qm̃ secundum beatum Amb. li. de offi. 2. q. 3. Fortitudo. Fortitudo, quæ bello tuetur patriam à barbaris, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena iustitia est. Et iterum. Nõ inferenda. ibidem ait. Non inferenda, sed vi. depellenda iniuria lex virtutis est. Ideoq; ab iniuria si potest, proximũ defendit, quocunq; iustitiam diligit, & virtutem. Demum ex odio vitiorum idem sic probatur. Nam qui odit vitia (quod iustorum est, secundum illud ps. Omnem viam iniquam odio habui) secundum modum sibi possibilem, & congruentem ea persequitur, alioquin non odisse, pbatur. Quippe sicut teste Greg. hom. 30. Charitas operatur magna, si õs, si operari desinit, charitas non est. Ita pariter mori de odio sancto vitiorum, si est, ociosum non est, sed ea persequitur, reprobar, corrigit, detestatur. Alioquin vt Ioannes Papa octauus. 86. dist. 1. facientis ait. Patientis proculdubio culpam habet, qui, quod potest corripere, negligit obuiare. Et eodem teste. 23. q. 8. Præter ea. Crimina, quæ potest emẽdare, qui non corrigit, ipse committit. Et Inn. Papa 83. di. Error, Error, cui nõ resistitur, approbatur, & fides cũ inimẽ defenditur, opprimitur. Anathasius quoq; & Dama. Papa. 23. q. 3. Qui potest. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil est aliud, quã fauere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifestò criminum non desinit obuiare. Et multa talia ad propositum patres sancti tradiderunt. Ex quibus patet luculenter,

quam multipliciter tenetur fideles singulari defendere passos iniuriam, secundum moderationem predicatorum.

*Proposito sexta*

Summo pontifici, eidemque obedien-  
tibus detrahentes, bonam eorum opi-  
nionem denigrando, delinquent dam-  
nabiliter, & sine spe veniæ, nisi possite-  
nus restituant læsam famam. Ex priori  
propositione per locum à maiori sequi-  
tur ista. Si enim non defendens peccat  
magis probatur delinquere qui offen-  
dit. Cum deniq; detractio respectu cui-  
uslibet cum tamã denigratione sit pec-  
catum mortale, grauius surto, quantò  
fama melior est diuitius. Si quidem meli-  
us est nomen bonum, quam diuitias  
multe. Pron. 23. Hinc Anterus Papa. 6.  
q. 1. Ex merito. Deteriores sunt, qui vi-  
tam, moreq; bonorum corrumpunt,  
quam hi, qui substantias, aliorumque  
predia diripiunt, & Aug. 11. q. 3. Nemo  
Nemo peritorum, aut prudentium pu-  
teret, quod minus sit periculi in verbis  
lingua mentiendo, quam manibus san-  
guinem fundendo. Melius est enim pro  
veritate supplicium pati, quam pro ad-  
latione beneficium. Grauior tamen est  
si contra sacerdotes committitur, & re-  
ctores, eo quod hæc detractio species  
à domino specialiter Exod. 22. prohibe-  
tur. Dis. inquit, non detrahes vbi glo.  
interli. Dis. n. sacerdotibus, & doctorib;  
qui ecclesie principantur. Cum enim  
omnis detractio, perniciosa sit, in illis  
est perniciosior. Hęc glo. Hinc beatus  
Anacletus Papa ait 2. q. 7. Accusatio  
primum. Si detractores quorumcunq;  
grauius iudicantur, & in perditionis  
laqueum cadunt, multò magis lacerato-  
res, & detractores famulorum Dei dam-  
nantur, & in baratrum (nisi se correxe-  
rint, & per eorum satisfactionem con-  
dignam egerint penitentiam) indubi-  
tanter cadunt, & vindicibus flammis  
exuruntur. Et infra, qm̃ iniuria eorũ  
ac Xpm̃ p̃tinet, cuius legatione fungunt  
Ió p̃ p̃phetã Zach. 2. dñs ait. Qui vos  
tangit, tangit pupilla oculi mei. Et iterũ  
Nolite tagere Xpos meos. Grauißima  
verò

Omit-  
tens iu-  
uare fra-  
trem spi-  
ritualẽ  
pp timo-  
rem car-  
nis deli-  
quit mor-  
taliter.